



**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Lib. 2. continens quomodo iuspatronatus creetur, & acquiratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

LIBER SECUNDVS

21

continet quomodo Iuspatr. cree-
tur, & acquiratur.



CAPVT PRIMVM.

Quomodo creetur Iuspatr.

SVMMARIVM.

- 1 Iuspatronatus est ius ar-
tificiale, creatur, & in esse
deducitur hominis opera.
- 2 Id fit mediante fundatio-
ne, constructione, & dota-
tione ecclesiæ.
- 3 Patroni sunt predicta-
facientes.
- 4 Iuspatr. aliud in abstra-
cto, &.
- 5 Aliud quando ad esse de-
ducitur.
- 6 Consensus Diœcesani re-
quiritur in acquisitione iu-
rispatr.
- 7 Fundantes, confruentes,
& dotantes Ecclesias si nihil
dicant de iurepat. tamen sunt
patroni.
- 8 Ratio quare cōsensus Diœ-
Praxis Iurispatron.

cesani requiratur.

- 9 Et consensus predictus de-
bet esse expressus.
- 10 Consensus predictus quan-
do præsumatur interuenisse.
- 11 Consensus Diœcesani requi-
ritur, in cuius Diœcesi fun-
datur Ecclesia.
- 12 Consensus predictus pre-
statur à Capitulo Sede Episco-
pali vacante.
- 13 Consensus dictus requiritur
sive laicus, sive clericus fun-
det ecclesiam.
- 14 Etiam si fundatio fiat ex
iussu testatoris.
- 15 Qui consensus etiam post
fundationem potest interue-
nire.
- 16 Hæres fundans ecclesiam
iussu Episcopi alibi contra-
testatoris voluntatem, pœnam

B 3 non



- non incurrit.*
- 17 *Consensus prædictus potest esse etiam Prælati inferioris.*
- 18 *Consensus Episcopi requiritur, non simul & Capituli.*
- 19 *Diœcesanus si nolit consentire, compellitur per eius Superiorem.*
- 20 *Vt per eius Metropolitanum.*
- 21 *Consensus prædictus si ab sit, Diœcesanus potest Ecclesiam destruere, non autem qui eam fundauit.*

Nunc videndum est quo modo Iuspatr. creetur, & acquiratur. Iuspatronatus ergo † est Ius artificiale, non naturale; Nam creatur, & in esse deducitur mediante hominis opera, seu artificio, cum quis † dat fundū pro ecclesia construenda, seu construit, vel dotat Ecclesiam, Cappellam, vel Altare, & sic artificialiter deducit rem de non esse ad esse. Card. Abb. & alij in Rubr. de iurepatr.

3 Iuspatr. creator † ex collatione fundi, ex constructione, seu dotatione; Ideoque

prædicta facientes acquirunt iuspatr. cap. filijs 16. q. 7. Vnde versus,

Patronum faciunt dos, & discatio, fundus.

Vide Card. Tuscum practic. Conclus. iuris, littera I. conclus. 600. & Cardin. Seraphini decis. 518. Rot. Roman. & Praxim Archiepisc Leonis parte secunda. cap. 21. num. 35. de iurepat. & Rotam Roman. part. 2. decis. 269. nu. 2. in nouissim. & Cassadorum decis. 6. num. 2. de iurepatron. & qui fundum tradit sit patronus si translulit dominium fundi in ecclesiam. Lambertin. de iurepatr. lib. 1. parte 1. q. 2. artic. 2. & num. 2. & iuspatr. aliud fuit 4 creatum † in abstracto quando hoc iuspatron. fuit inventum à Legislatore; aliud est 5 iuspatr. quod creator & † in esse deducitur, quando ecclesia, cappella, altare, seu quodcūque beneficium creaturinec sufficit fundatio, constructio, & † dotatio, sed requiritur consensus Diœcesani in ædificatione, & reservatione iturispatr. ita probat Lambert. vbi supra art. 3.n. 5. & seq. & Card. Tuscus vbi

supra. & si fundans, con-
7 struens, & † dotans nihil
de reservatione iurispatr. di-
xerunt, acquirunt tamen ius-
patr. dummodo expresse il-
lud non remiserint, ita est
communis opinio, de qua
Lambert. vbi supra artic. 4.
8 nu. 12. ratio † quare dictus
consensus requiratur est, quia
cum ius istud sit spirituale,
non possunt laici propria au-
toritate spiritualia tractare.
cap. 2. de Iudic. Lambertin.
9 art. 5. vbi supra. & iste † con-
sensus expressus requiritur,
10 nec sufficit tacitus, & † iste
consensus presumitur inter-
uenisse, maxime cum diu ec-
clesia pro ecclesia sit habita,
& in ea missæ sunt celebratæ,
& sunt campanæ, Lambert.
vbi supra art. 6. & 7. num. 2.
Card. Seraphin. decis. 871.
11 requiritur † autem consensus
Diœcesani illius loci, in quo
fundatur ecclesia. Card. in-
cap. nobis. de iurepatr. num.
1. Lambert. artic. 8. vbi su-
12 pra, & † Sede Episcopali va-
cante potest Capitulum da-
re licentiam ecclesiam ædifi-
candi, ut acquiratur iuspatr.
& est communis opinio, de
qua Lambert. artic. 9. num.

6. vbi supra, & prædictus con-
13 sensus † requiritur siue sit
laicus, siue sit clericus, qui
ecclesiam fundat. Lambert.
art. 10. vbi supra. dictus con-
14 sensus † requiritur etiam in
Cappella fundanda ex iussu
testatoris, & tunc cum dictus
consensus interuenerit, post
eius mortem iuspatr. ortum
duxisse dicitur à die præstigi
consensus, & ideo dictum
iuspatr. non dicitur esse in
hæreditate testatoris. Lam-
bert. artic. 11. num. 2. vbi su-
pra, qui consensus potest etiā
15 post fundationem † interue-
nire. Lambert. art. 12. vbi
supra. Cum ergo dictus con-
sensus Episcopi requiratur, si
hæres fundat ecclesiam ali-
16 bi, quam † iuss erat testator
Episcopo sic iubente, in po-
nam cōminatam non incidit.
arg. c. nemo. il 1. de consecr.
distinct. 1. Lambert. art. 13.
17 vbi supra, & in † creatione iu-
rispatr. potest interuenire
consensus inferioris Episcopo,
dummodo habeat Episcopa-
lem potestatem, & in tali fun-
18 datione solus Episcopi † con-
sensus requiritur, nec est ne-
cessarius consensus Capituli.
Lambertin. art. 14. & 15. vbi

B 4 su-

24 Pars I. Lib. II. Cap. II.

19 supra. Et si † Dicæcesanus non
vult consentire potest compel-
li per superiorem, vel superior
ipse potest consentire. Card.
in cap. nobis quæst. 6. de iu-
repatr. Abb. conf. 59. col. 3.
vers. 3. principaliter conside-
ro par. 2. Lambert. vbi supra
art. 16. qui Dicæcesanus Epi-
scopus † potest compelli per
suum superiorem puta Ar-

chiepiscopum. Doct. in c. nul-
lus de iurepatron. Lambert.
21 vbi supra art. 17. & si † ecclæ-
sia sit fundata sine Dicæcesa-
ni consensu poterit demoliri
& reuocari per dictum Dicæ-
cesanum, non autem per fun-
dantem, maxime nolente
Dicæcesano. Lambert. vbi su-
pra art. 18.

C A P V T S E C V N D V M.

Quomodo acquiratur Iuspatr. per fundantes, construentes,
seu dotantes.

S V M M A R I V M.

- 1 Fundans, constituens, &
dotans Ecclesiam sunt patroni
in solidum.
- 2 Quod procedit alternatiue
vnus faciendo.
- 3 Si plures fundent, omnes
sunt patroni.
- 4 Si plures construant, omnes
sunt patroni.
- 5 Et procedit etiam in fabris
dantibus operam ad construc-
tionem.
- 6 Si plures dotent, omnes sunt
patroni.

- 7 Si unus omnia perficit so-
lus fit patronus.
- 8 Consensus Dicæcesani in su-
pradicis requiritur.
- 9 Iuspatr. in abstracto est in-
diuisibile, sed quoad executio-
nem diuisibile.
- 10 Ecclesia vñlibet potest edi-
ficari nisi sit prohibitum.
- 11 Patronus quis efficitur si
det domum, ut sit Ecclesia.
- 12 Dominus fundi fit patronus
si in suo fundo fundetur Eccle-
sia sine eius sciëtia si ratificet.
- 13 Et si construens bona fide
fuerit di isto casu fit patronus,
quia

quia construxit.

14 *Ali quando quis cogitur fundum vendere pro ædificanda Ecclesia.*

15 *In iusto plebanio potest fundari Ecclesia intra fines sue Ecclesia.*

16 *In iusto rectore potest cōstrui Altare in eius Ecclesia.*

17 *In iusto patrono potest cōstrui altare in Ecclesia patronata.*

18 *Si fundus sit Ecclesiæ, ei acquiritur iuspatr.*

19 *Ecclesia potest ædificari in fundo subiecto fideicomisso.*

20 *Ecclesia si fundata sit in fundo communii socii cogitur partem suam vendere.*

21 *Ecclesia alibi potest ædificari, si non possit ædificari ubi iussit testator.*

22 *Si testator non designet Ecclesiā, fiet arbitrio Diœcesani.*

1 **D**Ans † fundū, construēs, seu dotans ecclesiam cum cōsensu Diœcesani, qui libet insolidum erit patronus cap. pīx mentis. cap. Frigentius. 16.q. 7. cap. nobis de iurepatron. Abb. in Rubr. de iurepatron.

2 Ampliatur † primo dicta conclusio procedere alterna tive, si dederit fundum, vel

construxerit, seu dotauerit, & non cumulatiue, & sic, quod sufficiat vni fundasse, vel construxisse, licet alia facta non fuerint. Lambert. art. 1. q. 3. par. 1. lib. 1.

3 Ampliatur secundo, vt nō solum omnes illi supradicti sint patroni insolidum, sed etiam si plures simul darent fundum, omnes erunt patroni insolidum cum construente, & dotante. Abb. in Rubr. de iurepat. Lambert. vbi supra, art. 2. dummodo dent fundum sufficiētem pro ecclesia.

4 Ampliatur † procedere, quod si plures simul construxerunt ecclesiam omnes erūt patroni insolidum cum fundante, & dotante. Abb. in d. Rubr. ante finem. Card. in dicto cap. nobis col. vlt. de iurepatr. Lambert. vbi supra art. 3. dummodo isti sufficien ter construxerint, nam si unus nunc parum daret, nunc alter dicerentur benefactores, non constructores.

5 Ampliatur † procedere etiamsi faber, seu murarius dedit operam sine precio alter ligna, alias camenta, alter præcium, nam si ita conuenierunt omnes erunt patroni info-

insolidum cum fundante, & dotante. Card. in dicto cap. nobis quest. 9. Lambert. art. 4. vbi supra.

6. Ampliatur † procedere in pluribus dotantibus æqualiter, vel inæqualiter, si simul conuenerunt sufficienter dotare, ut omnes sint insolidum patroni cum fundante, & construente. Abb. in cap. 3. de eccl. ædific. num. 4. & in dicta Rubr. de iurepatr. Lambert. art. 5. & si † vnuſ ſolus velit fundare, conſtruere, & dotare eccliam, non admittetur alter, niſi eo volente, quia expedit eccliae, magis habere patronum, quam plures ſecundum Card. in Clement. plures. col. 3. de iurepat.

8. Lambert. art. 6. vbi ſupra. † Et ſemper quando vnuſ omnia prædicta implet, vel plures, ſemper in quolibet ipſorum volentium eſſe patronos requiritur conſensus Dioceſani. Lamber. vbi ſupra art. 7. & ſi plures ſint, vt ſupra, omnes ſunt patroni insolidum, 9. quia iuspatr. eſt † indiuisibile in abſtracto, ſed quo ad executione eſt diuifibile; & ideo ſi vnuſ fundauit, & conſtruit habebit duas voces, ſi

vnuſ dotauit, habebit vnam vocem. Lambert. vbi ſupra art. 8. num. 8. & 10. Eccleſia † autem debet, & potest ædificari in omni loco, niſi reperiatur expreſſe prohibi- tum. c. eccleſias 13. de conſecrat. diſtinct. 1. dummodo locus ſit liber ab omni feru- tute, & onere. Lambert. art. 9. vbi ſupra.

Acquirit etiam iuspatron. 11 ſi quis domum ſuam † pro ecclia relinquit, & ſic, ut ſit ecclia, & ſi ſit apta ſine noua constructione erit pa- tronus, quia dedit fundum, & quia conſtruxit, aliàs pro fundo dato tantum erit pa- tronus. Lambert. artic. 10. 12 vbi ſupra, & † ſi ſuper fundo alieno ecclia fundetur in- ſcio domino fundi, dominus fundi acquiret iuspatr. reſpe- ctu fundi, & constructionis. Card. in dicto cap. nobis, op- pos. 4. dummodo dominus 13 fundi ratū † habuerit, & Dioceſanus conſenſerit, ſecuſ ſi conſtruenſ bona fide fecit, & dominus fundi ratū habuit, tūc. n. dominus fundi erit pa- tronus ratione fundi, & con- ſtructor erit patronus ratio- ne constructionis. Lamber. art.

12.



12. vbi supra: & licet ecclesia sit fundata in fundo alieno in scio domino, non tamen potest dirui iussu domini. gloss. in cap. Apostolicos. in verbo construxisse
 12. quæst. 2. Lambert. artic.
 13. vbi supra. Et potest quis
 14 cogi † vendere fundum pro ecclesia ædificanda, quando ex aliqua necessitate populi pro sacramentis administrandis ecclesia ædificanda sit. Lambert. art. 14. vbi supra,
 & in uito etiam Plebano pos-
 15 test infra fines † illius ma-
 tricis ecclesiæ fundari Alta-
 re, Cappella, vel Ecclesia,
 de consensu tamen Dioecesi-
 ni. Lambert. artic. 15. vbi su-
 pra, & fundans iuspatron.
 16 acquirit, & ita etiam † ac-
 quiritur iuspatr. per construc-
 tionem Altaris in ecclesia,
 Rectore illius contradicente,
 cum consensu tamen Dioce-
 fani. argum. cap. omnes ba-
 silicae 16. q. 7. Lamber. art. 16
 17 vbi supra, & idem est si do-
 tem, & construam Cappel-
 lam in ecclesia patronata, nam non requiritur consen-
 sus patroni; sed Dioecesani.
 Lambert. art. 17. vbi supra,
 & si Episcopus dat fundum

18 ecclesiæ pro ecclesia † noua
 ædificanda, & iuspatron. ra-
 tione dicti fundi acquiritur
 ecclesiæ, cuius antea erat
 fundus. Lambert. artic. 18.
 19 vbi supra; si autem ex pécu-
 nia aliena quis in fundo pro-
 priو construat ecclesiam,
 tam ex datione fundi, quam
 constructionis iuspatr. acqui-
 rit. Lambert. artic. 19. vbi su-
 pra, nisi esset pecunia priu-
 legiata ecclesiæ, militis, vel
 pupilli, & ratum habeat fa-
 ctum à domino fundi, tunc
 enim dominus pecuniæ ra-
 tione constructionis, & do-
 minus fundi pro fundo erunt
 patroni, & si plures sint do-
 mini fundi, puta quia unus
 directum, alter utile domi-
 nium habeat, omnes erunt
 compatroni. Abb. in rubr.
 de irepatr. Lambert. artic.
 20. vbi supra. Poteſt etiam
 19 ædificari † ecclesia in fundo
 subiecto fideicōmiso, si ha-
 res ex eo quartam detrahere
 debeat, nam tunc fauore
 ecclesiæ condominus tenetur
 pro re precium habere, vel
 iuspatr. pro sua rata. per do-
 ctrin Bald. in l. 2. §. vlt. per
 illum text. C. de comm. ser.
 manumiss. Lambert. vbi su-
 pra

28 Pars I. Lib. II. Cap. III.

20pra artic. 21. & † si testator mandet per hæredem ecclesiā construi in fundo communi cum alio, socius cogi debet partem suam hæredi vendere. Lambert. vbi supra artic. 22. & eadem ratione si 21 testator mandet ecclesiā construi in certo loco, & ibi construi non possit, construe-

tur in alio loco de Diœcesani consensu, & hæres erit patronus. & si testator non designet † ecclesiæ longitudinem, vel latitudinem, Diœcesanus arbitrabitur quid sit agendum de his. Lambert. vbi supra art. 24. & 25. vide Card. Seraphin. decis. 1149.

C A P V T T E R T I V M .

Acquiritur iuspatr. re perfecta.

S V M M A R I V M .

- 1 *Iuspatronatus acquiritur re perfecta.*
- 2 *Qui cœpit ecclesiā edificare cogitur eam perficere.*
- 3 *Et infra quinquennium tenetur complere edificationem.*
- 4 *Promittens ecclesiā construere complere cogitur.*
- 5 *Coactus perficiens ecclesiā fit patronus.*
- 6 *Hæres coactus edificans ecclesiā iussu testatoris fit patronus.*
- 7 *Aliquando cogi potest quis ad fundandam ecclesiā ex causa necessitatis.*

- 8 *Qui cogi possint ecclesiā edificare.*
- 9 *Dote incompetente quis non fit patronus tanquam dotans, sed ex priuilegio.*
- 10 *Iuspat. potest reseruari hæredibus, & extraneo.*
- 11 *Hæres si moriatur infra tempus, quo debebat ecclesiā edificare, tenetur eius hæres.*
- 12 *Relicta pro construenda ecclesiā si non sufficient, convertantur in pios usus, de consensu Episcopi.*
- 13 *Ecclesiā tenetur edificare hæres ex testamento imperfecto, si probari possit.*
- 14 *Hospitale si cōstrui debeat, illius*

illius vice non est construen-
dum Monasterium.

1 Vspatronatus non facqui-
ritur, nisi res sit perfe-
cta, non enim sufficit funda-
re, & construere ecclesiam ;
sed requiritur illius perfectio:
& ideo si quis coepit tantum
aedificare ecclesiam, & alius
perficiat, perficienti acqui-
ritur iuspatr. Lambert. de iu-
repatr. lib. 1. part. 1. quæst.
4. artic. 1. vt si qui incepit
morte impeditus, vel alio iu-
sto impedimento destitisset,
2 & si quis t̄ coepit ecclesiam
aedificare , potest cogi eam
perficere. §. si quis autem
voluerit. Authent. de eccl-
esiast. tit. c. nemo. de conse-
crat. dist. 1. Lambert. artic.
3 2. vbi supra.tenetur t̄ autem
quis aedificationem comple-
re intra quinqueannum à die
exordij si sit ecclesia , si au-
tem locus pius intra annum,
tam ipse, quam eius hæres.
§. si quis aedificatione. Au-
then. de eccl. tit. vbi lo-
quitur de hærede, qui cum
sit eadem persona cum de-
functo, idem de defuncto vi-
detur dicendum, vel hoc to-
tum Episcopus arbitrabitur.

dicto c. nemo. vbi gloss. ver-
bo domum. gloss. in cap. ad
audientiam. il primo. verbo
honor. de eccl. ædifican.
Lambert. artic. 3. vbi supra;
4 idem procedit si quis promit
tat ecclesiam construere ,
compellitur enim id comple-
re. Lambert. artic. 4. vbi su-
pra, potest autem compelli
per Diœcesanum ex officio
suo , vel potest cogi actione
in factum ab eo , cui facta
est promissio , vel à quolibet
de populo fauore ecclesiæ ,
quæ actio in factum datur
vbiunque æquitas suadet ta-
lem actionem dari, vbi alia
actio non est expressa. I. quia.
11. & ibi Bart. ff. de præscri-
ptis verb. Lambertin. artic.
5. vbi supra.& quamuis coa-
ctus quis t̄ ecclesiam perficiat ,
tamen acquirit iuspa-
tronatus. Lambert. artic. 6.
num. 7. vbi supra , quamuis
alij teneant hoc casu non ac-
quirere iuspatronatus. t̄ idem
est in hærede, qui ex iusu
testatoris tenetur ecclesiam
fundare , quamuis enim ta-
lis hæres coactus faciat illud;
tamen acquirit iuspatr. Lam-
bert. artic. 7. vbi supra, & ali-
7 quando qui t̄ nec incepit, nec
pro-

30 Pars I. Lib. II. Cap. III.

promisit ecclesiam ædificare
potest cogi ad ecclesiam æ-
dificandam ex causa necessi-
tatis , vt in casu cap. 3. de
eccles. ædifican. aliquando
enim Episcopus , aliquando
8 populus , aliquando † cura-
tus cogi potest ad ecclesiam
ædificandam , vt per Lam-
bert. artic. 8. vbi supra , &
per eos acquiritur iuspatro-
natus .

Nunquam autem compe-
tit iuspatronatus , nisi re per-
fecta , scilicet ecclesia funda-
9 ta , constructa , & dotata † com-
petenter ; nam si dos non sit
competens iuspatronatus nō
dicitur tunc ex dotatione ;
sed ex priuilegio . Illustrissi-
mus Dominus Cardin. Man-
tica decif. 320. num. 3. Rot.
Roman. & consecrata : quod
& in Altari procedit , secus in
Hospitalibus , & alijs pijs lo-
cis , in quibus non cadit con-
secratio , vt per Lambert. ar-
tic. 9. vbi supra , & † potest
is , qui ecclesiam fundat , con-
struit , & dotat , iuspatronatus
sibi , & hæredibus suis , &
alteri extraneo reseruare , de
consensu tamen Episcopi . Lá-
bert. artic. 10. vbi supra , &
11 si † testator mandet eccl-

siam construi per hæredem
intra certum tempus , alias
sit priuatus hæreditate , si in-
tra dictum tempus moriatur
hæres , tenetur hæres hære-
dis ad illam poenam . Lam-
bert. artic. 11. vbi supra . Si
12 autem † testator leget cen-
tum pro ecclesia , vel cappel-
la construenda , & illa cen-
tum non sufficient , hæres
non tenetur supplere ; sed il-
la centum conuerti possunt
per hæredem in alium pium
vsum de consensu Episcopi .
Abb. in cap. nos quidem .
de testam. vbi de hoc distin-
guit. num. 6. & 14. Lamber.
artic. 12. vbi supra . Accedit ,
13 quod si testator † mandet ec-
clesiam construi in testamen-
to imperfecto , voluntas illa
est seruanda , & venientes ab
intestato ad hoc tenentur , si
id probari potest fauore pia
causæ . Bart. per illum text.
in l. in testamento . ff. de fi-
deicom. libert. faciunt di-
cta per Felin. in cap. cum
venerabilis. colum. 7. num.
26. de except. Lambert. ar-
tic. 13. vbi supra . si autem
14 testator † mandet per hære-
dem construi Hospitale , hæ-
res vice illius non poterit
con-



construere Monasterium .
Card. in Clement. quia con-
tingit. quæst. 4. num. 11. in

princip. de religios. domibus.
Lambertin. artic. 14. vbi su-
pra.

C A P V T Q V A R T V M.

Quæ dos debeatur Ecclesiæ, & quando tradi debeat.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos ecclesiæ danda est suf-
ficiens, & perpetua.
- 2 Dos dicitur quia datur.
- 3 Dos Ecclesiæ partim in-
mobilibus esse debet.
- 4 Et partim in immobili-
bus.
- 5 Dos si à minore detur ec-
clesiæ, non requiritur decre-
tum Iudicis.
- 6 Dos prædicta potest con-
stitui in re emphiteutica, seu
feudali.
- 7 Non autem in ususfructu.
- 8 Nisi aliquod premium usus-
fructus habeatur.
- 9 Dos Ecclesiæ constituitur
sicut mulieri.
- 10 Dos sponte, vel coacte da-
tur.
- 11 Dos quomodo constituatur.
- 12 Dos ecclesiæ habet priuile-
gia dotis mulierum.

- 13 Primum priuilegiū dotis.
- 14 Secundum priuilegium.
- 15 Tertium priuilegium.
- 16 Quartum priuilegium.
- 17 Quintum priuilegium.
- 18 Sextum priuilegium.
- 19 Septimum priuilegium.
- 20 Octauum priuilegium.
- 21 Dotis priuilegia triginta-
septem.
- 22 Dotare coactus debet refi-
cere expensas litis.
- 23 Dos constitui debet ante
constructionem.
- 24 Episcopus antequam con-
sentiat Ecclesiæ adificationi,
debet dotis assignationem ba-
bere.
- 25 Episcopus si consecret ecclæ-
siam indotatam, tenetur eam
dotare.
- 26 Consensus Diœcesani requi-
ritur in dotis datione.
- 27 Dotans insufficienter non
fit patronus.
- 28 Etiam si

- 28 *Etiam si Diœcesanus consentiat, nisi suppleat dotem.*
- 29 *Dos si pinguis sit, dotans potest aliquid annum sibi reseruare.*
- 30 *Dans præcium pro emenda dote fit patronus.*
- 31 *Ius patronat. acquiritur ex sola dotatione concurrentibus alijs.*
- 32 *Aliquando ex consuetudine quis fit patronus dotando tantum.*
- 33 *Episcopus potest ecclesiam dotare de bonis sua ecclesiae.*
- 34 *Clericus si construat ecclesiam in suo fundo, & dotet de bonis sua ecclesiae, ambo sunt patroni.*
- 35 *Fundans, & construens cogi possunt ad ecclesiam dotandam.*
- 36 *Idem procedit in Capella, seu Altare.*
- 37 *Fundare, & construere ecclesiam non sufficit, sed opus est eam dotare.*
- 38 *Dos quando dicatur competens, & sufficiens.*

IDOS de necessitate debetur ecclesiae vel pio loco sufficiens, & perpetua, quæ tradi debet in limine fundationis, & acquisitionis

iurispatr. c. nemo. de conse-
2 crat. dist. i. quæ dos † dicitur
à dando, quia communiter
datur, & ecclesiæ datur (quā-
uis dos in alijs casibus con-
stituatur) propter onera ma-
trimonij spiritualis suppor-
tanda, idest datur ecclesiæ
dos ad custodiendum ipsam,
luminaria, & diuina officia
dicendum. dicto cap. nemo,
& tradit late Lambert. de iu-
repatr. lib. i. par. i. quest.
5. artic. i. & quamvis in
matrimonio carnali dos possit
consistere tam in bonis mo-
bilibus, quam immobilibus
3 tamen dos ecclesiæ † partim
debet consistere in bonis mo-
bilibus, vt sunt illa, quæ sunt
necessaria pro ecclesia, scili-
cet vestes sacerdotum, orna-
menta altaris, calices, pate-
næ, cruces, & alia, quæ re-
quiruntur de necessitate, vt
per Doct. in dicto c. nemo,
& in c. placuit i. q. 2. & par-
4 tim debet dicta † dos cōsiste-
re in bonis immobilibus, vt
ex fructibus illorum sacerdo-
tes & Rectores possint suspen-
tari, cum dos danda sit pro
clericorum ibi seruientium
sustentatione, possunt ben-
dari pro dote mobilia, vt illis
ven-

venditis ex præcio emantur immobilia. Lambert. artic. 2.
5 vbi supra. quædos si à minore, pubere tamen, ecclesiæ datur, nullum requiritur decretum Iudicis, etiam quod consistat in bonis immobilibus siue fiat inter viuos siue in ultima voluntate, præfertim cum in tali datione dotis sit necessarius consensus Diœcesani, qui tanquam Iudex ordinarius consentiendo suum videtur aliquo modo decretum interponere. Lambert. art. 3.
6 vbi supra: dos autem t constitui potest etiam in re emphiteutica, seu feudal, dummodo dominus directus etiam remittat dominium: quo casu vterque & vtilis, & directus dominus erit patronus: vel potest dari res emphiteutica pro dote etiam sine consensu domini directi, cum hoc, vt vendatur vtile dominium, & de præcio emantur alia bona libera. Lambertin. vbi supra art. 4. & art. 6. non
7 potest autem t dicta dos constitui in usufructu, qui multis modis extinguitur, vt habeatur Inst. de usufructu, & dos debet esse perpetua. si vero
8 aliquod t præcium dicti usus-

Praxis Iuspatron.

fructus haberi possit, vt de illo emantur bona pro dote, valet. Lambert. art. 5. vbi sup.
9 Dos vero ecclesiæ t constituitur fere eisdem modis, quibus mulieri propter omnimodam similitudinem; constituitur autem dos ex voluntate, quando quis sponte do-
10 tem t dat, vel ex necessitate quando eam dat, vt quia ecclesiam fundauit, & construxit, quo casu cogitur eam dotare: & dicta dos consti-
11 tutur pollicitatione, t stipulatione, traditione, & delegatione debitoris, & aliter, vt per Lambert. art. 7. vbi supra
12 Dos autem, t quæ ecclesiæ constituitur, fruitur eisdem priuilegijs, quibus dos mu-
13 lierum, & etiam maioribus t primum priuilegium, sicut pa-
ter cogitur dotare filiam etiā Iudæus filiam Christianam, ita qui fundauit ecclesiam
14 licet esset Iudæus; secundum t qui promisit dotem tam ma-
sculus, quam femina, nullo be-
neficio potest iuuari; tertium
15 dos ecclesiæ t promissa peti-
potest certi condicione; quar-
16 tum t quia præfertur in hipot-
theca cuicunque creditoris;
17 quintum t quia singitur actio

C ex

ex stipulatu pro maiori utilitate; sextum † quod pro dote inducitur tacita hypotheca bonorum dantis etiam pro eius 19 & tione; septimum † bona minoris etiam immobilia possunt vendi pro dicta dote; octauum † dos præfertur omnibus creditoribus tam in actione reali, quam personali etiam prioribus tempore, & tacitam in bonis hypothecam habentibus: & triginta septem priuilegia dotis † cum multis illustrationibus ponit Lambertin. art. 8. vbi supra. Si † autem quis dotare sit coactus, debet etiam expensas litis factæ super tali dote restituere agenti Prælato, si fuit in expensis condemnatus; vel si nullum adsit remedium, Prælatus recuperabit expensas ex fructibus bonorum, in dotem datorum, ne dos diminuatur, ut per Lambertin. art. 9. vbi supra.

23 Dos autem debet † constitui ante constructionem ecclesiæ. cap. nemo de consecr. dist. 1. gloss. in cap. cum sicut in verbo consecranda; & ibi Abb. de consecrat. eccles.

24 vel alt. & Episcopus † antequam præstet consensum sur-

per ecclesiæ ædificatione, de necessitate debet requirere, quod fundans assignet dotem pro ipsa ecclesia per publicum instrumentum: & si Episcopus ecclesiam † consecret non accepta dote, de suo eam dotare tenetur. dicto c. cum sicut, & per Lambert. art. 10. 26 vbi supra. in cuius † dotis datione requiritur Dioceſanī consensus, sicut in fundatione, & constructione: qui Dioceſantis qualitates dotantis exquirat, & quomodo dos sit constituenda, & an sit congrua, vel sufficiens, alias dotans non acquireret iuspatronatus, sed dos libere ecclesiæ remaneret. Ioan. Andr. in c. nobis col. 1. de iurepatron. Lambertin. art. 11. vbi supra. 27 dans † autem dotem insufficientem non acquires iuspatronatus, ex dicto cap. nemo de consecrat. distinct. 1. Abb. in rubr. de iurepatron. circa finem. Lambertin. art. 12. vbi supra. & si † in datione dictæ dotis insufficientis consenserit Dioceſanus, tamen non acquires iuspatronatus, secundum unam opinionem, sed secundum aliam acquires iuspatronatus, sed ab

Pars I. Lib. II. Cap. IV.

35

eo poterit peti supplementū.
Lambertin. vbi supra. art. 13.
29 & si sit † dos exuberans, po-
test dotans de consensu Epi-
scopi in limine fundationis
reservare sibi censem, vel ali-
quod seruitium. cap. præterea
il secundo, de iurepatron. vbi
gloss. in verbo à locorum Epi-
scopis. † & qui dat præcium
pro emenda dote de consensu
Dicecesani fit patronus. Ioan.
Andr. in dicto cap. nobis de
iurepatr. vbi supra. qui enim
vtitur præcio, intelligitur uti
re principalis. I. quia qui præ-
cio. ff. de usufructu. Lamber.
31 art. 14. vbi supra. & ex † sola
dotatione acquiritur iuspa-
tronatus dotanti, concurren-
te simul fundatione, & con-
structione ecclesiæ; † vel si ad
altare iam fundatum, & do-
tatum constituatur alius cap-
pellanus constituendo dotem
sufficientem, ex sola dotatio-
ne ex consuetudine acquiri-
tur iuspatronatus in eo casu,
ut per Lambert. late vbi su-
pra art. 15. quæ omnia proce-
dunt si interueniat Diocecesa-
ni consensus, & non aliter.
33 Potest autem † Episcopus
dotare aliam ecclesiam, vel
cappellam de bonis propriæ

ecclesiæ, secundum declara-
tionem tex. in cap. Apostoli-
cæ extra de donat. vbi Doct.
Lambert. art. 16. vbi supra.
34 si autem † clericus in suo fun-
do costruxit ecclesiam, eamq;
dotauit de pecunia alterius
suae ecclesiæ, ambo erunt pa-
tronii, id est ecclesia ratione
dotis, ille ratione fundi, per
not. in cap. 3. de eccl. ædific.
Lambertin. art. 17. vbi supra.
35 Is, † qui ecclesiam fundauit,
& construxit potest compelli
eam dotare, quamvis regula-
riter in principio constructio-
nis debeat dos assignari. ad
hac cap. nemo de consecrat. dist.
Is. sed dato, quod ecclesia
sit constructa sine dote, tamē
constructor potest directè co-
pelli officio Iudicis ecclesia-
stici, & aliter. Abb. in c. cum
sicut num. 3. & 4. de conlecr.
eccles. vel altar. potest etiam
indirectè compelli, scilicet,
quod non consecretur eccle-
sia, nisi prius data dote: si au-
tem sit fundata, & consecra-
ta, non tamen dotata, & tunc
similiter patronus potest co-
gi pro dote, & eius supplemē-
to; si autem eo casu patro-
nus, vel eius hæres non est
soluendo, sed tempore con-

C 2 secræ

secratōris fuit caute prouisum per instrumentum, & tūc
is tenetur, cuius culpa non
fuit dos exacta; si autem non
fuit caute prouisum, tunc te-
netur consecrator, dummodo
id fiat sine enormi lāfione
ecclesiæ, & fiat de bonis pa-
trimonialibus consecratoris,
vel de fructibus ecclesiæ ip-
sius. Lambert. art. 18. vbi su-
36pra. idem procedit † in cap-
pella, vel altare, si enim cap-
pella, vel altare construatur,
constructor compellitur do-
tem etiam dare, ita Lambert.
vbi supra. artic. 19. num. 2.
vers. sublatis igitur, nisi ad
ornatum tantum ecclesiæ al-
tare fieret, & quamuis coa-
etus quis dotet, tamen acqui-
rit ius patronatus, vt supra, in
cap. 3. num. 6.

Non sufficit autem eccl-
esiā fundare, † construere,
& dotare; sed opus est eām
competenter, & sufficienter

dotare, vt dicitur in cap. ne-
mo. de consecrat. distinct. 1.
vbi dicitur, quod nullus ædi-
ficet ecclesiam, nisi ante al-
signet dotem, quæ sufficiat
ad luminaria, ad custodiam,
& ad stipendia custodum: &
quod dos debeat esse suffi-
ciens, est cap. placuit. 1. q.
2. & de hoc late pertractat
Lambert. artic. 21. vbi supra,
vbi num. 12. & sequentibus
38ponit octo casus, in † quibus
apparet, quando, & qualiter
dos dicatur, & sit compe-
tens & sufficiens; vbi ponēdo
dictos casus, dicit quæ sit dos
competens ecclesiarum cathe-
dralium, parochialiū simpli-
cium, cappellarum & simili-
um: & isti omnes tam qui
fundat, quam qui construit,
& dotat ecclesiam, sunt equa-
liter patroni, vt late per Lam-
bert. art. 22. vbi supra. versic.
in contrarium tamen faciunt.
num. 1. & supra dictum est.



CAPVT

C A P V T Q V I N T V M.

Quid si ecclesia sit sine dote, & ab aliquo dotetur,
an talis dotans efficiatur patronus?

S V M M A R I V M.

- 1 Dotans ecclasiam indotata fit patronus de consensu Diœcesani.
- 2 Ditans ecclasiam cum primo dotante fit patronus.
- 3 Iuspatronatus acquiritur ex sex causis.
- 4 Reædificatio quando quem patronum faciat.
- 5 Ecclesia tunc dicitur diruta, quando reædificata est re-consecranda.
- 6 Dotans quando est diruta Ecclesia fit patronus.
- 7 Fundans diruta ecclesia patronus remanet, si super eodem fundo reædificetur.
- 8 Quid in patrono ratione destructionis.
- 9 Monasterium si alteri vniatur, quomodo remanet iuspatronatus.
- 10 Redotans Ecclasiam fit patronus.
- 11 Disposita in fundante, Praxis Iurispatron.

construente, & dotante, procedunt in refundante, reædificante, & redotante.
12 Si in ecclesia iam perfetta erigatur beneficium, tum dotans illud, fit patronus in totum.

I Ecclesia fundata, & constructa sine dote reperita, si ab aliquo dotatur de consensu Diœcesani, dotans in ea acquirit iuspatronatus; & si ecclesia est fundata, constructa, & consecrata, sed indotata, si dotetur cum dicto consensu, dotans fit patronus, dummodo dotans det bona ecclesiæ titulo dotis, non simplicis donationis, dummodo etiam is, qui fundauit, & construxit, id permittat, vel is, qui eam consecravit non sit soluendo: & hæc procedunt, quando nunquam dos aliqua fuit ecclesiæ assignata, & de his late

C 3 Lam-

38 Pars I. Lib. II. Cap. V.

Lambert. de iurepatron. lib.
 1. part. 1. quæst. 6. artic. 1.
 num. 5. & sequentibus. Di-
 2 tans † autem ecclesiam cum
 primo dotante acquirit ius-
 patronatus; vel si ecclesia sit
 iam dotata sufficienter, &
 consecrata, vel non, tunc si
 aliquis illi conferat bona di-
 citur benefactor, & sic non
 acquirit iuspatronatus. Lam-
 bert. vbi supra. artic. 2. nu-
 9. quamvis Paulus de Citta-
 din. in suo tractatu de iure-
 patron. parte 3. in princip.
 simpliciter ponat has causas
 3 esse facquirendi iuspatrona-
 tus, scilicet per fundationem,
 seu constructionem, per do-
 tationem, per ditationem,
 per reparationem, seu reæ-
 dificationem, per præscriptio-
 nem, & ultimo per priuile-
 gium, de quibus Lambert.
 vbi supra. num. 2. Ex repa-
 ratione, seu † reædificatione,
 vel restauratione non acqui-
 ritur iuspatronatus. Lamber-
 hic artic. 3. in princip. & nu-
 11. Card. Tuscus practic. co-
 clus. iur. littera I. concl. 601.
 & Cardin. Seraphin. decis.
 555. & 907. quæ limitatur,
 ut procedat quando eccle-
 sia non est omnino destruēta;

tunc enim reficiens non effi-
 citur patronus; sed si ecclæ-
 sia funditus esset destruēta,
 tunc si aliquis vult reædi-
 ficare de consensu tamen Epi-
 scopi, acquiret iuspatronatus.
 si autem antiquus patronus
 velit reædificare non eget E-
 piscopi consensu. Lambertin.
 5 vbi supra. & tunc † ecclesia
 dicitur diruta, quando reæ-
 dificatione requirit nouam con-
 secrationem, secundum c. de
 fabrica. vbi glos. in verbo
 innouata. de consecrat. dist.
 6 1. primus † patronus ratio-
 ne dotis adhuc est patronus
 in ecclesia diruta, et reæ-
 dificatione: & si † super antiquo
 fundo reædificetur, patronus
 antiquus, qui dedit fundum
 erit adhuc patronus. Dubiū
 7 8 est in † patrono, qui patro-
 nus erat ratione construc-
 tionis: in hoc dicas, quod cum
 plures simul cōstruunt, simul
 ratione constructionis fiunt
 patroni, ita in hoc casu tam
 is, qui primus construxit,
 quam is, qui reædificat ra-
 tione constructionis fiunt si-
 mul patrōni, à primo enim
 constructore lapides, cemen-
 ta, & fundamenta proue-
 niunt; ita late Lambert. vbi
 supra.



supra. artic. 4. num. 8. patro-
 nus alicuius † Monasterij ,
 quod quia desolatum est vni-
 tur alteri Monasterio, non ef-
 ficitur patronus secundi Mo-
 nasterij ; sed remanet patro-
 nus tantum primi, si primum
 dotauit : si tamen primum
 Monasterium sit dirutum ,
 & secundum , cui fit vnio sit
 omnino sine dote , tunc quia
 ista vnio est loco dotationis,
 patronus primi erit etiam
 patronus secundi ratione di-
 ctæ dotationis. Lambert. vbi
 supra. art. 5. Redotans † Ec-
 clesiam , quæ in totum do-
 tem amisit , acquirit in ea
 iuspatronatus , & primus pa-
 tronus , idest qui eam anti-
 quitus dotauit nihil in ea ha-
 bebit : si autem ecclesia do-
 tem amisit; sed non in totum ,
 & tunc supplens in dote non
 acquirit iuspatronatus , quia
 tunc dicitur benefactor ; sed
 volente primo , de consensu
 Episcopi efficietur compatro-
 nus dictæ ecclesiae cum pri-
 mo pattono dotante : ita la-

te Lambertin. vbi supra. art.
 6. num. 1. Et omnia dispo-
 sita in † fundante, construen-
 te , & dotante habebunt lo-
 cum in nouo dante fundum,
 reædificante , & redotante ,
 cum hoc tamen , quod acce-
 dat cōsensus Ordinarij, quod
 non admittatur aliis inuiti
 primo fundante , & perficere
 volente , & alia , quæ in pri-
 mo fundante procedunt, po-
 nit Lambertin. vbi supra. ar-
 tic. 7. Limitatur † etiam dicta
 principalis conclusio , vt non
 procedat , si in ecclesia fun-
 data , constructa , & dotata ,
 & etiam consecrata erigere
 tur aliqua præbenda, vel di-
 gnitas , seu beneficium per
 aliquem , & dotaretur de
 consensu Episcopi , seu si sit
 præbenda in ecclesia colle-
 giata de consensu Capituli
 dictæ ecclesiae , tunc enim
 dotans in ipsis supradictis
 acquirit iuspatronatus , licet
 non acquirat in ecclesia
 principali. Lambertin. artic.
 8. vbi supra .

C A P V T S E X T V M .

Omnis possunt acquirere iuspatronatus , qui non sunt prohibiti.

S V M M A R I V M .

- 1 *Edictum de iurepatronatus est prohibitorium .*
- 2 *Mulier potest acquirere ius patronatus .*
- 3 *Masculinum concipit fœmininum .*
- 4 *Mulier non acquirit iuspatron. quoad ius processionis .*
- 5 *Iudeus non potest acquirere iuspatronatus .* II. *Et si fiat christianus , non recuperat .*
- 6 *Nec hereticus .*
- 7 *Nec schismaticus .*
- 8 *Nec apostata .*
- 9 *Nec infamis .*
- 10 *Nec excommunicatus .*
- 11 *Nec simoniacus .*
- 12 *Ecclesia potest construi de bonis prohibitorum donatis .*
- 13 *Illegitimus potest acquirere iuspatronatus .*
- 14 *Vniuersitas , Collegium , Ciuitas , & Capitulum possunt acquirere iuspatronatus .*

Edictum de iurepatronatus est † prohibitorium, ita ut omnes ex fundatione, constructione, & dotatione acquirere possint iuspatronatus , qui non sunt à iure specificie prohibiti, idque ex gratia procedit : & ratio est, quia in iure omnia licet , quæ non reperiuntur expresse prohibita. I. statuas. C. de relig. & sumpt. fun. maxime in hoc opere pio. Lambert. de iurepatr. lib. I. par. I. q. 7. art. I.

2 Et ideo mulier † etiam potest acquirere ex causis prædictis iuspatr. vt probatur ex cap. nobis de iurepatr. & ibi Inn. & Io. And. in verbo si quis,

3 quando enim dicitur si quis, tam masculus, quam femina continetur. I. I. ff. de verbo signif. vbi glos. dicit id esse quoad mentem legislatoris, cum masculinum concipiatur femininum. not. in. c. si quis suadente 17. q. 3. in c. generali.



Pars I. Lib. II. Cap. VI.

41

- raii. de elect. lib. 6. vbi glos.
verbo vniuersos, maxime
cum profertur à lege. Iason
in l. si quis id quod. num. 1. ff.
de iurisd. omn. Iud. non ta-
men † mulier iuspatr. acqui-
rit quoad ius processionis, ni
si esset mulier illustris. Lamb.
vbi supra. art. 2. num. 30. &
de hac limit. num. 48. ibidem.
5 Iudæus autem † nullo modo
potest acquirere iuspatr. ec-
clesiarum, c. piæ mentis. cap.
Frigentius, & c. quicunque
fidelium. 16. q. 7. late Lam-
bert. art. 3. & præsertim num.
6 21. sed † ecclesia, seu altare
erit liberæ collationis. Lam-
bert. art. 9. Hæreticus etiam
nullo modo potest ex causis
supradictis aliquid faciendo
acquirere iuspatronatus ec-
clesiarum, nec ex successione
per dictum c. piæ mentis, &
seq. est enim infidelis, & extra
ecclesiam. c. 1. 2. & 3. de hæ-
reticis. c. firmissime. de hære-
ticis, & dicuntur porci hære-
tici. c. in mandatis dist. 43. &
de hoc latè Lambert. art. 4.
num. 4. & seq. vbi supra.
Schismaticus strictissime sum-
7 ptus † pro eo, qui diuidit se
ab vnitate ecclesiæ Romanæ,
constituendo sibi ecclesiam,

& sacerdotes, vt per Abb. in
rubr. in princ. ext. de schis-
maticis. talis tanquam verè
hereticus, & infidelis non
acquirit iuspatr. si tamen à
schismate reuertatur, & ad-
mittatur ad ecclesiæ vnitatē,
recuperat iuspatr. ecclesiæ ab
eo fundatae, dum erat in schis-
mate, de hoc vide Lambert.
vbi supra. art. 5. num. 3. & 6.
8 idem fere † in apostata. Lam-
bert. art. 7. & 11. Infames
9 etiam † acquirunt iuspatr. tā-
tum habitu non actu. Lam-
bert. vbi supra art. 8. quia est
ius honorificum, quod non
competit infamibus. Din. in
c. infamibus. de reg. iur. lib.
6. Excommunicatus ante
10 factum non acquirit iuspatr.
idest non est habilis ad ius-
patr. nec debet admitti, &
male facit Episcopus illum
admittendo. sed post factum,
idest post quam ædificauit ec-
clesiam, vel alia fecit cum
consensu Episcopi, qui illum
admisit, bene efficitur patro-
nus, sed exercitium non
habet, idest non exercebit,
donec erit excommunicatus,
ea, quæ pertinent ad patro-
num ante absolutionem. cap.
nobis. de iurepatr. & ibi Car-
din.

42 Pars I.Lib.II.Cap.VI.

din. num. 6. q. 5. & Abb. nu.
 3. & communiter Doct. Lambert. vbi supra. art. 10. & 11.
 11 vbi quid si Iudæus sit Christianus, an recuperet iuspatro
 natus ecclesiæ fundatæ, dum
 erat Iudæus, & quid de Hæ-
 retico conuerso? pari ratione
 12 simoniacus † nō acquirit ius-
 patronatus, cum & ipse sit
 Hæreticus. Host. in summa.
 tit. de Hæret. §. 1.
 13 Si autem infamis † excom-
 municatus, vel similes donet
 bona sua Seio, potest iste do-
 natarius ecclesiam construe-
 re & dotare, & acquirere ius-
 patronatus, prout in simili
 gloss. in cap. vnico de iurepa-

tron. lib. 6. verbo semestre,
 nisi res subiaceant restitutio-
 ni. Illegitimè † autē nati sunt
 capaces omni casu iurispatro-
 natus. Lambertin. dicta q. 7.
 art. 13. & pupillus, & infans.
 cap. nobis. de iurepatronatus
 qui textus generaliter loqui-
 tur. personæ etiam † fictæ sunt
 capaces, & acquirunt iuspa-
 tronatus, vt Vniuersitas, Ci-
 uitas, Capitulum, Collegium.
 gloss. 1. in cap. piæ mentis 16.
 q. 7. & est communis opinio,
 de qua Archidiac. in c. si plu-
 res. 16. q. 7. & Card. in Cle-
 ment. plures. §. finali q. 3. nu.
 3. de iurepatronatus.

C A P V T S E P T I M V M.

Quid dicendum de ecclesia matrice, intra cuius li-
 mites fundatur ecclesia, an matrix efficiatur
 patrona nouæ Ecclesiæ?

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia matrix, quando
fiat patrona ecclesiæ fundatæ
intra suos limites.
- 2 Papa est supra omne ius-

patronatus.

3 Capella si erigatur in Ec-
clesia, ratione fundi ecclesia
fit patrona.

4 Rector ædificans ecclesiam
de bonis suæ ecclesiæ, ecclesiæ
acqui-

- acquirit iuspatronatus.
- 5. *Vassallus si ædificet ecclesiam quando fiat patronus.*
- 6. *Constituti sub alterius potestate ædificantes ecclesiam non sunt patroni.*
- 7. *Meretrix potest acquirere iuspatronatus, sed non habet illius exercitium durante meretricio.*
- 8. *Ecclesia se sit ad esse deducta de bonis restitutioni subiectis quid agendum.*

I Ecclesia matrix † non efficitur patrona ecclesie de novo fundatae intra eius Parochiam, seu limites, ex eo tantum, quia sit intra eius limites, nisi dederit fundum, construxerit, vel dotauerit. Abb. in cap. 3. num. 8. de eccles. ædifican. vbi de communi. vide Cardin. Tuscum pract. conclus. iuris litera I. conclus. 598. Pari ratione Episcopus non erit patronus Ecclesiae fundatae in sua Diœcesi, nec legatus de latere in ecclesia fundata intra limites suæ legationis, nisi alia fecerint, dando fundum, vel similia: si tamen Episcopus ædificet ecclesiam in aliena diœcesi acquiret in ea ius-

- patronatus . cap. 1. 16. q. 3.
- 2. Papa † autem est supra omne iuspatronatus ex mero iure ratione supremi dominij uniuersalis ecclesiæ. Abb. in dicto cap. 3. num. 2. de iurepatron. & ideo ad libitum confert ecclesias patronatas absque præsentatione patronorum, cum habeat omne ius in quibusunque beneficijs plenissimum: nec etiā Plebs, seu Populus, seu Parochia acquirit iuspatr. ecclesiæ, eo quia intra propriam Parochiam.
- 3. fundata sit; si autem † ædificatur Cappella intus corpus ecclesiæ, tunc ecclesia ratione fundi erit patrona cum ædificante, & dotante. Abb. in cap. 3. de eccles. ædifican. num. 14. colum. 3. quamuis aliter hodie ex generali consuetudine seruetur, ut supra dictum est. Sed † si Prælatus, vel Rector alicuius Ecclesiæ de redditibus, vel bonis ecclesiæ aliam ecclesiam, vel cappellam ædificauit, tunc ecclesia cuius cōstruens erat Rector, erit patrona. cap. Apostolicos. in fine, & ibi Archidiac. 12. quæst. 2. Omnia enim acquisita per Prælatum præsumuntur acquisita de-
- bo-

44 Pars I. Lib. II. Cap. VII.

bōnis ecclesiæ. cap. 1. de pecul. cleric. sed si credi possit, quod ex patrimonio Rectoris partim sit fundata, tunc fiet diuisio iurispatronatus inter ecclesiā, & hæredes Rectoris pro rata, vt per Abb. in c. 3. num. 3. de pecul cleric. Ea-
dem ratione † Vasallus con-
struens ecclesiam de faculta-
tibus feudi non transitorij ad
suos hæredes, non acquirit
iuspatronatus: & de supradi-
ctis vide Felin. in cap. cum
venerabilis. num. 33. & se-
quentibus. de exception. vel
dicas secundum Lambert. de
iurepatronatus. lib. 1. par. 1.
quæst. 8. principal. artic. 8.
num. 6. nec † etiam alij con-
stituti in alterius potestate,
vt filijfam. serui, monachi si
ecclesiæ edificant acquirunt
iuspatronatus, cum hi non
habeant liberam rerum ad-
ministrationem. 1. placet. ff.
de acquiren. hæred. Authen.
ingressi. C. de sacros. eccles.
niſi filiusfamilias haberet pe-
culium caſtrene, vel quaſi,
in quo, vt paterfamiias ha-
betur. §. 1. Inst. qui testam.
fac. poss. sed filius patri ac-
quirit, seruus domino, mona-
chus monasterio.

7 Meretrix † autem potest
edificare ecclesiam, etiam
ex male quæſitis ex meretri-
cio, & iuspatronatus acqui-
rit; sed durante meretricio
tanquam infamis, & excom-
municata carebit illius exer-
citio, quia præsentare non
poterit, prout dicitur de alijs
criminosis. Lambert. vbi
supra. artic. 10. & sic ecclæ-
ſia fundari potest de male
quæſitis, quorum dominium
absque obligatione restitu-
tionis translatum est in acci-
pientem: sed de male quæ-
ſitis, & restitutioni obnoxijs
minime, nec etiam de fructi-
bus ex dictis rebus quæſitis.
glos. in verbo ex illicitis re-
bus in cap. non est putanda.
1. quæſt. 1. & glos. summæ
8 14. quæſt. 5. Si autem † ecclæ-
ſia fuerit constructa de
male quæſitis obnoxijs resti-
tutioni, non per hoc debet de-
ſtrui. gloss. dicto cap. non est
putanda; sed Episcopus, qui
illam consecravit, tenetur re-
ſtituere estimationem domi-
nis bonorum in ecclesiam
translatorum. c. comperimus
14. quæſt. 6. cap. aurum
12. quæſt. 2. & in dictis lo-
cis glos. vbi Archidiac. quod
pro-

procedit si non possit haberi
recursus ad construentem, |
vel dotantem, quo casu ius-
patronatus acquiritur illi ec-
clesiae, cui facta est iniuria,
sicuti & praeium iurispatro-

natus venditi applicatur il-
li ecclesiae, cui est facta iniu-
ria. ad notata in cap. de
iure. & cap. quia clerici,
& ibi glossa vlt. de iurepatro-
natus.

C A P V I T O C M T A V V M .

An fundantes, construentes, seu dotantes Ecclesiæ,
seu Cappellas possint sibi aliquid reseruare, vel
conditionem apponere in fundatione?

S V M M A R I V M .

- 1 Fundans, construens, & do-
tans ecclesiam possunt sibi ali-
quid reseruare, vel conditionem
apponere cum consensu
Diœcefani.
- 2 Si id fiat in limine fun-
dationis.
- 3 Etiam si sint personaæ Ec-
clesiasticae.
- 4 Exemplum eorum, quæ so-
lent in limine fundationis ap-
poni.
- 5 Pacta in limine fundatio-
nis apposita sunt seruanda.
- 6 Pœna in casu, quo contra
fieret, quando seruetur.

Nunc necessario t. vi-
dendum est, an fun-
dantes, construentes, vel do-
tantes ecclesias, vel cappellas
possint sibi aliquid reserua-
re pecunia, vel seruitij, vel
aliquam conditionem appo-
nere, vel pacta: & possunt
haec facere, dummodo sint
rationi, & iuri communi con-
sona, & non disponant de
spiritualibus; dummodo si
contra fiant, pacta cum con-
sensu fiant, & auctoritate
Diœcefani. ad cap. cum dile-
ctus. vbi glos. in verbo con-
stitutum de consuetud. & c.
nobis. de iurepatronatus vbi
glos. in verbo nisi aliter. cap.

ve-

CAPV

46 Pars I.Lib.II. Cap. VIII.

verum. de condit. apposit.
facit Rot.Rom. in antiquis de
testam. decis. 4. & declarat
Card. in dicta clem. quia
contingit num. 5. de relig.
domib. per cap. eleutherius
2 18. q. 2. Et hæc † procedunt
si in limine fundationis ap-
ponantur cum dicto consen-
su, non autem postquam
ecclesia est fundata, constru-
cta, vel dotata. Abb. in cap.
præterea 23. num. 3. de iu-
repatronatus. Card. in dicta
clement. quia contingit. nu.
3 5. Quæ procedunt † etiam si
patronus esset persona eccl-
esiastica. cap. significatum, ybi
Abb. num. 1. de præbend. &
supradicta adeo procedunt,
vt possit fundator in limine
4 fundationis decernere, † vt
beneficium conferatur illis
tantum de sua consanguini-
tate, vel quod tot missæ ce-
lebrentur, vel quod tempus
ad præsentandum abbrevia-
retur, vel prorogaretur, vel

quod possit præsentare in
ecclesia collegiata, & quod
semel præsentatos, & institu-
tos mutare possit quoties ei
videbitur, & aliter vt per
Lamb. q. 9. artic. 1. libro 1.
part. 1. per totum. Et pacta
5 in limine † fundationis ap-
posita debent seruari, nec
mutari debent, etiam si fuerit
paetum appositum, tale
beneficium posse possideri
absque institutione, & quod
prædecessor tantum eligat
successorem, nec aliud re-
quiratur. late Lambert. vbi
supra art. 3. Cardin. Serafin.
6 decis. 774. † & si in limine
fundationis sit facta reserua-
tio de consensu Episcopi, &
in casu, quo contra fieret
adesset pœna, est seruanda,
si res sacra ad aliam rem sa-
cram pro pœna reuertatur. c.
verum. de cond. apposit. &
tandem circa hæc videatur
Felin. in cap. cum venerabi-
lis. de except. num. 39.

CAPVT



C A P V T N O N V M.

Quando competit ius patronatus , seu ius præsentandi ei , qui non est patronus , etiam si non fundauerit , construxerit , vel dotauerit .

S V M M A R I V M .

- 1 Ius patronatus quibus modis acquiratur .
- 2 Patronus aliquando quis sit , etiam si nihil faciat .
- 3 Ius patronatus aliquando competit ex priuilegio .
- 4 Etiam in Ecclesia cathedrali .
- 5 Patronus ex priuilegio an reputetur laicus , vel ecclesiasticus .
- 6 Episcopus non potest Ecclesiam liberam efficere patronatam .
- 7 Ius patronatus competit laicis ex gratia .
- 8 Dotans Ecclesiam indotatam quando fiat patronus .
- 9 Ecclesia libera nunquam potest fieri patronata , nec per præscriptionem .

10 Nisi concurrat tempus immemorabile .

11 Quo casu non procederet , si ab initio constaret Ecclesiam fuisse liberam .

12 Præscribens uniuersitatem præscribit ius patronatus in ea consistens .

13 Ecclesia potest præscribere aliam Ecclesiam .

14 Populus quamvis nequeat præscribere Ecclesiam liberam , potest tamen aliquid ius acquirere .

1 **H**actenus + visum est , quod ius patron. cauatur , & acquiritur ex fundatione , constructione , & donatione patroni , & sic ex tribus causis supradictis , quamvis alij addant acquiri ex dictatione , reparacione seu reædificatione .

dificatione; de reædificatio-
ne, per quam quando quis
fit patronus, vide Illustrissi-
mum Cardin. Seraph. decis.
518. 555. & 907. quæ causæ
sub alijs supradictis compre-
henduntur. Competit tamen
aliquo casu ius præsentandi
2 præter † causas supradictas
ei, qui non est patronus,
quando ex concessione tem-
poralium ecclesiæ facta per-
sonis religiosis transfertur in
eas ius præsentandi Recto-
rem ad dictam ecclesiam.
Abb. in cap. de Monachis.
num. 1. 2. & 3. de præben.
quæ præsentatio eo casu non
competit ratione iurispatro-
natus, sed ratione alterius iu-
ris, quod habet Monasterium
in ecclesia subiecta. Bene-
verum est quod iuspatrona-
3 tus competit aliquando † ex
priuilegio, seu præscriptio-
ne: acquiritur iuspatronatus
ex priuilegio Papæ. Abb. consil.
28. par. 2. Cardin. Serafin.
decis. 1395. quod iuspatron.
ex priuilegio competens fuit
sublatum à Concil. Trident.
sess. 25. de reformat. cap. 9.
concedit etiam plus laicis sci-
licet facultatem eligendi, &

conferendi. cap. in synodo;
vbi gloss. in verbo, ac per
hoc. cap. Adrianus distinet.
63. Doct. in cap. cum Ber-
toldus de re iudic. Cardin.
in Clementin. plures. num. 5.
in fine de iurepatronatus. fa-
ciunt adducta per Felin. in
cap. 1. num. 24. & sequen-
tibus de constitut. quod ius-
4 patronatus, † ex priuilegio
Papæ etiam in ecclesia Ca-
thedrali competit. Præposi-
tus in cap. hortamur column.
prima. distinet. 71. An autem
5 patronus † talis ex priuilegio
reputetur laicus, vel ecclæ-
siasticus, videoas Abb. dicto
consil. 28. & Cardin. in Cle-
mentin. per litteras de præ-
ben. num. 4.
6 Episcopus autem † non
potest ecclesiam liberam effi-
cere patronatam, & sic face-
re ex priuilegio patronum
etiam de consensu Capituli.
Abb. consil. 106. num. 4. par.
2. & dicto consil. 28. iuspa-
7 tron. † enim competit laicis
ex gratia ex dictis tribus cau-
sis, fundatione, constructio-
ne, & dotatione. cap. 3. cap.
nobis de iurepatronatus. cap.
pia mentis 16. quæst. 7. si
hoc

hoc est ex gratia , non potest extendi , nisi à Papa , qui est Legislator , nisi esset ecclesia indotata ; nam tunc dans dotem de consensu Episcopi fit patronus . Abb. dicto cap. 3. nū. 9. qui consensus hoc casu est priuilegiatus , cum iam esset ecclesia constructa ; sed ecclesia libera t fundata , constructa , & dotata , & quæ semper mansit libera , non potest per laicos aliquos vel clericos , seu per illius Parochianos iuspatronatus in ea præscribi , adeo ut non sit amplius libera , sed patronata . ita Archidiac. in dicto can. hortamur. distinct. 71. Abb. in cap. querelam. de elect. num. 9. Felin. in cap. causam. num. 7. de præscriptione. sed si cum t præscriptione allegaretur , & concurredet tempus , cuius initij memoria non extat , tunc quia ex tali tempore titulus præsumitur iuspatronatus , ecclesia non diceretur libera ; sed patronata . ita procedit opinio Ioan. Andr. in cap. quod alicui. de reg. iur. lib. 6. ita Felin. in dicto cap. causam. vide Cardin. Tuscum Praxis Iurispatron.

- practic. conclus. iuris. lit. I.
- 11 conclus. 604. Quod non t procederet si constaret ecclesiam ab initio fuisse liberam. Card. in dicta clemen. plures. num. 5. in fine. de iurepatron. bene verum est , quod posset allegari priuilegium Papæ , cuius priuilegij vigore dicatur semper facta præsentatio : quæ conclusio de præscriptione supradicta potest ampliari , & restringi , prout ponit Lambert. dicta quæst. 10. artic. 5. num. 47.
- 12 vbi supra . Præscribens t autem vniuersitatem bonorum præscribit etiam iuspatronatus , & ius præsentandi ad ecclesiam patronatam in dicta Vniuersitate existens. Felin. in dicto cap. causam. num. 8. de præscriptionib. qui dicit hanc esse magis communem.
- 13 Ecclesia autem t potest præscribere aliam ecclesiam etiā liberam spatio quadraginta annorum cum bona fide . cap. cura. de iurepatron. vbi
- 14 Abb. & alij. Quamuis t autem populus non possit præscribere ecclesiam liberam , potest tamen populo competere vi præscriptionis quædam præsentatio per viam .

D sim-



50 Pars I. Lib. II. Cap. IX.

simplicis petitionis, ut quando populus preces porrigit
Ordinario, ut talem Rectorem in Ecclesia instituat populo carum, & gratum. ad text. in cap. quod Dei timorem. de statu Monachorum. can. i. distinct. 23. canone i.

distinct. 61. can. de Petro
distinct. 47. can. i. distinct.
24. Archidiac. in dicto can.
hortamur. distinct. 71. Dec.
confil. 117. 129. & 134.
Quo casu dubium est, an
Prælatus possit recusare pe-
titum à Populo.

FINIS LIBRI SECUNDI.



D. illu.

L.